

conseru anthos 3 i. misce.

Hæc est nostra theriaca diates Sharon noua.

Vsus autem narcoticorum est in magnis doloribus, præsertim colicis. Verum hæc etiam non dolorem solum sedant & somnum conciliant, sed etiam destillationes & fluxiones diuersarum partium, ut alui, vteri &c. Veteres ad nucis auellanæ magnitudinem exhibebant. Vera tamen dosis est à 3 i. ad 3 i. exhibendo hora somni & aliquid vi ni superbibendo, vel cum vino miscendo: Quemadmodum extracti philonii dosis est 3. fl. b.

Aduettendum tandem in opiatis narcoticis conficiendis non minorem quam in purgantibus diligentiam adhibendam esse, ne opium una in parte subsistat, sed diligentet commisceatur. Hæc in vase stanneo, & quidem loco temperato ad siccitatem declinante, reponi debet: & quemadmodum cōmuniter in decennium viribus cōstat; sic etiam non facile ante semestre exhiberi debent. Quare operculi cauo mixtionis tempus inscribi debet. Sed hac de re plenius in tractatu nostro de theriaca.

De conseruis.

C A P. XXX.

COnseruæ sunt flores vel herbæ exactissime concisæ vel contusæ, & saccharo mixtæ, quæ vel calefaciunt, vel refrigerant. Eiusmodi habentur in officinis. Calefactentes quidem captit, conserua flor. rotismar. quæ anthos dicitur, betonicæ, stoechad. saluiæ, pœoniaæ, primulæ veris, herbarum, maioranæ, radic. acori. Pectus, hyssopi, meliss.